



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 169. Conventus Moguntinus Basileensium Oratorem cum Legati
prærogativa agnoscere obluctatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. quinimo, absente Archiepiscopo Moguntino, urbem ingredi, sibi que Crucem præferri voluit. Verum his molitionibus protinus obsistebant Principes, ac insuper Præsulum nonnulli, urbisque Canonici eundem rogabant, ut si Ecclesiam intraret, legationis insignia dimitteret; Archiepiscopum enim Moguntinum, ceterosque Germaniæ Principes ad communem pacem tuendam arctissimo vinculo copulatos decrevisse, nihil eorum, quæ contententium alterutri parti damno, aut fraudi esse possent, permittere. De cetero se solum Eugenium tanquam verum summum Pontificem venerari, & Basileensem Synodum pro legitima habere, proin se Joanni suadere, ut usque ad adventum Archiepiscopi Moguntini domi se contineret.

Ang. Patric. Histor. Conc. Basil. & Flor. art. 117. ex tom. 13. Conc. p. 1590.

§. CLXIX.

Conventus Moguntinus Basileensem Oratorem sub Legati prærogativa agnoscere oblectatus.

Tandem Moguntiaë Archiepiscopus die duodecima, aut forte decima tertia Februarii comitante eum Trevirensi Archiepiscopo Moguntiam delatus est, quorum etiam paucis post diebus Imperatoris Oratores, aliique quam plurimi secuti fuere. Joannes Segoviensis, cum per quos-

quosdam amicos certior factus esset, Sæcul. XV.
A. C. 1441.
S. R. I. Electores, & præ ceteris omnibus
Archiepiscopum Moguntinum Eugenii
partes auctoritatemque impensius tueri,
datis ad Basileenses literis in legationis
suæ subsidium socios sibi adjungi, hanc-
que in rem majoris nominis Viros feligi
postulavit. Interea vero Segoviensis per
multos dies nomine Basileensis Synodi
ad alloquium admitti petiit, tandem vero
in responsis accepit, Principes Imperii in
hanc convenisse sententiam, se ab illa u-
nitione, quam Sacramenti religione fir-
massent, nullo pacto dimovendos, sed da-
tam fidem inviolabiliter servaturos, quan-
tumvis forte eorum agendi ratio aliis
minus tuta videretur. Addebant, se
quidem Basileensium deputatum tanquam
privatum Oratorem æquo animo audi-
turos, nunquam tamen permissuros, ut
habitu Cardinalium indutus unacum
Cruce coram eis appareret, eoquod neque
eum pro Legato, neque pro Cardinali ul-
lo unquam tempore agnoscerent, idem-
que se facturos, si quis Cardinalium, quos
Eugenius post suam suspensionem creas-
set, accederet.

§. CLXX.

Cardinalis Arelatensis Mogunticæ.

Joannes Segoviensis hoc responsi genus
ægerrime ferens, nullatenus cedere

S s 3

decre-